

TEXTOS

COLECCIÓN DIPLOMÁTICA RIOJANA

POR

ILDEFONSO M. RODRÍGUEZ DE LAMA
Canónigo Archivero Capitular y Diocesano de Calahorra

(Continuación)

110)

4-V-1.224

1.031-18

El Papa Honorio III confirma la sentencia dada por el Obispo de Burgos en el pleito del monasterio de Santa María de Nájera con el obispo de Calahorra y su Cabildo.

«Honorius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Priori et Conventui Naiarensis ecclesie, cluniacensis ordinis, salutem et apostolicam benedictionem. Ea que iudicio et concordia terminantur firma debent et illibata persistere et ne in recidive contentionis scrupulum relebantur, apostolico convenit presidio communiri. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis precibus inclinati, compositionem que inter vos de consensu et voluntate abbatis et conventus cluniacensis ex parte una et dilectos filios Electum et Capitulum calagurritanum ex altera, super statum ecclesie vestre ac reliquis aliis mediante venerabili fratre nostro burgensi episcopo amicabiliter intercessit sicut sine pravitare provide facta est et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice observata, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et sanctorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Lateranis, III.º Nonas Maij. Pontificatus nostri anno octavo ».

Dorso:

Confirmación del Papa Honorio tercio de la sentencia que dió el obispo de Burgos sobre la jurisdicción y exención espiritual de esta casa y el Obispo de Calahorra. Nájera. Año 1224.

11-1.226

1 031-19

Juan, Prior de Nájera con consentimiento del monasterio concede a Domingo de Cárdenas y a Domingo Abad, una serna cerca de Alesón con la condición de que planten un majuelo, que luego distribuirán por mitad.

«In Dei nomine. Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Frater Johannes, prior Naiarensis et Carrionensis et Hyspanie camerarius, una cum consilio, assensu et voluntate domini Martini Johannis sacriste totiusque conventus Naiare, dono et concedo vobis Dominico de Cardenas, nostro merino et vobis Dominico abbati illam sernam sacristanie que est inter viam que vadit de Naiara ad montem Sancte Columbe et rivum Isalde, habens ex parte aquilonis stratam publicam que intratur ad villam Aleson et ex meridie et in summo terram domini Assensii presbiteri. Ita dono vobis et concedo ut in isto anno presenti plantetis in ea maiolum ad fundus terre sicut forum videlicet ad medietatem; et Dominicus de Cardenas plantet de petatio, de summo usque ad ecclesiam Sancti Michaelis inferius et de ipsis tapiis usque ad viam que ducit ad Sanctam Columbam. Et sepiatis eam totam bonis tapiis in circuitu unusquisque in sua frontera et laboretis cum omnibus suis laboribus afforatis et usque ad quinquenium omnes fructus inde integre colligatis. Post quinque annos, quandocumque sacriste Naiare placuerit, dividat vobis per medietatem ipsum maiolum ita quod vos dividatis et sacrista eligat et in perpetuum possideat. Reliquam vero medietatem que vos contingit habeatis et iure hereditario possideatis vos Dominicus de Cardenas et Dominicus abbas et tota vestra generatio in perpetuum cum libera et plenaria dandi et vendendi potentia et ad vestram voluntatem faciendi, dando inde fructuum omnium deciman annuatim sacristanie Naiare. Et si vendendi fuerint uno morabitino minus habeat sacrista si voluerit comparare. De hac conditione firmiter tenenda, sunt ex parte plantatorum ad partes sacriste fideiussores: Johannes, maritus de Martha et Dominicus Petriz, filius Marie Lupiz Testes sunt: Domnus Assensius presbiter; Dominicus de Navarret; Fortunius de Franca; Johannes de Maiarrex; Iohannes Paschal; Petrus Garcia et totum concilium de Aleson. Hanc incartationem annuunt et confirmant domnus Paris, prior claustrii; domnus Martinus Iohannis, sacrista; domnus Lupus infirmarius; domnus Ferrandus, prior Sancte Columbe; domnus Ferrandus prior ville Auree; domnus Petrus Gonsalvez prior de Cironia; domnus Sancius; item domnus Sancius et totus conventus.

Testes huius rei sunt: alcaldus domnus Guillelmus; domnus Petrus Xrispini; domnus Bartolomeus; Dominicus Blasco, merinus Sancte Marie; Castellanus portarius, W. cocus et tota familia.

Facta carta Era M.^a CC.^a LX.^a III.^a mense februario. Regnante rege Ferrando domno in Toleto et in Castella, cum sua uxore regina domna Beatrice; et sub rege dominante in Naiara, domino Lupo Didaci de Faro ».

Dorso:

Alesón. Era 1.264. Año 1226. Censo de la serna de Alesón. Legajo 3.º n.º 8. Carta de Censo perpetuo de una serna de Alesón, camino del Monte e junto a San Miguel.

112)

14-VIII-1.235

1.031-20

El prior de Nájera entrega con ciertas condiciones, y por los dias de su vida, las heredades de Anguciana a Sancho Rodriguez y a Urraca Sanchez su mujer, que a su vez dan al monasterio un parral en Somalo.

« In Dei nomine. Per presentem cartulam omnibus tam presentibus, quam posteris innotescat quod ego frater Iohannes, prior Naiarensis et Carrionensis et Hyspanie camerarius, cum consilio assensu et voluntate totius conventus naiarensis, denique Matinis Iohannis sacriste, dono et concedo vobis domino Sancio Roderici et vestre uxori domne Urrace Sancii illam nostram hereditatem de Angustiana heremam et populatam cum suis colaciis et cum omnibus ibidem ad sacristaniam naiarensis pertinentibus, omnibus diebus vite vestre habendam libere et tenendam. Tali conditione quod bona fide pro posse vestro melioranda melioretis, perdita restauretis et in illa terra que est inter vineas subtus viam infra biennium malleolum plantetis et sacriste naiarensis annis singulis decem morabetinos in festo Sancti Martini persolvatis. Sacrista quoque Naiarensis semel in anno cum duabus equitaturis et duobus servientibus benigne recipatis et honorifice procuretis. Post obitum vero utriusque vestri, prefata hereditas de Angustiana, cum collaciis, cum ipso malleolo et omnibus suis pertinentiis et cum omnibus fructibus suis qualiscumque tunc inventa fuerunt, ad sacristaniam Naiarensis integra quieta et libera revertatur. Ego quoque S. Roderici et mea uxor U. Sancii pro remedio animarum nostrarum et nostrorum defunctorum damus in presentiarum ad luminariam Sancte Marie Naiarensis in Somalo parralem quem a Marinoto XXX^a morabetinos comparavimus et etiam damus ad opus conventus XX. morabetinos pro vino [...]. Damus vobis fideiussor-

res dominum M. de Campo voce duorum fideiussorum. Quo deficiente per morbum vel per mortem vel etiam vires suas apponente [...] prediatum ad prefixum terminum non persolverimus, usque tertio ammoneamur et si nec sic reddiderimus, pefatam hereditatem cum omnibus suis pertinentiis irrecuperabiliter ammittamus. Hanc incartationem annunt et confirmant domnus Paris prior claustris Domnus Raimundus Pampilonensis abbas cornelianensis; domnus Martinus Iohannis sacrista et maiordomus. Domnus Lupus infirmarius; domnus Ferrandus prior de Somalo; domnus Semen prior Sancti Georgii; domnus Sancius; item domnus Sancius; domnus Guillelmus; domnus Laurentius et totus conventus. Testes huius rei sunt: de militibus; Michael Roderici; Gonsalvus Luchas; Rodericus Lopiz; Garsias Lupiz; Ferrandus portaticarius; alcaldus domnus Guillelmus; Petrus Xrispini; domnus Bartholomeus. Dominicus Blasco merinus Sancte Marie; Castellanus portarius et tota familia. Facta carta Era M.^a CC.^a LX.^a III.^a, vigilia Assumptionis beate Marie. Ragnante rege domino Ferrando cum sua uxore regina domna Beatrice in Toletis et Castella et tunc temporis supra mauros cum rege Baetie suo vasallo et magno christianorum et maurorum exercitu in campinna Cordube strenue militante. Sub ipso dominante in Naiara, Lupo Didaci de Faro».

Dordo:

Arriendo de los collazos y hacienda de Angunciana a Don Sancho Rodriguez por los días de su vida. Ellos hicieron donación del parral de Somalo. Año 1225. N.º 3.

113)

V-1.289

1.031-21

Porque eran muy gravosos los pechos de la villa de Alesón, y en consecuencia la villa se despoblaba, el prior de Nájera, Nicolás, los disminuye, fijándolos en 30 maravedises, que debían pagar entre todos los vecinos.

« In Dei nomine. Bonum et utile est scriptum quod oblivionis redimit detrimentum. Eapropter notum sit omnibus tan presentibus quam futuris quod ego, frater Nicholaus prior, totusque conventus Naiarensis considerantes maximum eclessie nostre dispendium in eo quod illa nostra villula Aleson ad luminaria eclessie nobis dedita pro intolerabili pecti martiactici gravamine nimium aggravata depopulabitur et multis eiusdem villule ad alienum dominium se transferentibus heremabatur cum consilio assensu et voluntate domini Martini Petriz, sacriste naiarensis, certum numerum nostris et iusdem ville collaciis, tan presentibus quam futuris decrevimus stabilire, qui nec posse dis-

minui nec augeri. Statuimus itaque quod de cetero sive sint plures sive pauciores numquam nec plus nec minus quam triginta morabitos vel eorum in denariis equipollentiam in pecto martiatico persolvant. In aliis serviciis que facere debent antiqua consuetudo et stabilitas observetur. Quicumque vero huic nostro facto contraire et eos plus in hoc aggravare temptaverit iram Dei eiusdemque Genitricis perpetue Virginis Marie omniumque sanctorum plenarie incurrat et post suum obitum cum Chore, Datan et Abirón et cum Iuda Domini proditore pennis gehennalibus eternaliter crucietur. Conservatores vero cum iustis eterna letitia delectentur. Ad maiorem itaque stabilitatem et memoriam presentem cartulam per alphabetum inter nos et ipsos compartimus. Ego frater Guillermus prior claustrum hoc factum approbo, annuo et confirmo; ego frater Martinus Petriz sacrista et unus de vicedominis approbo, annuo et confirmo; ego frater Eximinius tenens vestiarium et unus de vicedominis approbo annuo et confirmo; ego frater Iohannes Lupiz coquine procurator approbo annuo et confirmo; ego frater Ferrandus socius prioris claustrum . . . ; ego frater Ferrandus Armarius approbo . . . ; totus conventus approbat annuit et confirmat. Huius facti sunt testes : de Clericis : domnus Assensus, presbiter; domnus Petrus Christiani presbiter; domnus Iohannes de Soria diachonus : De laicis : alcaldu domnus Iohannes Pardi; alcaldu domnus Guillelmus; domnus Bartholomeus; domnus Andreas Iohannis; domnus Giraldus campsor, domnus Guillermus de çamora; domnus Dominicus de Aleson; domnus Iohannes de Malagon; Dominicus Blasco; Dominicus Martini; Petrus Petriz merinus Sancte Marie; Dominicus Portarius et tota familia;

Facta carta, Era M.^a CC.^a LXX.^a VII.^a mense maio mediato, in octavis Pentecostes. Regnante rege domno Ferrando cum sua Genitrice regina domne Berengaria et cum sua uxore regina domna Juana in Toletto, Burgis. Naiara, Calagurra, in Castella, Legione, Gallecia et in tota Corduba. Sub rege dominante in Naiara domno Alfonso Lupiz de Faro. Sub ipso domno Roderico Lupiz de Mendoça suo germano. Alcayathe in castello; Martino Martiniz de Aranguiz; Martino Ordonio, sub ipso Petro Martiniz suo sobrino. Discurrente iudicio per supradictos dominum Iohannem Pardi et per dominum Guillelmum, alcaldes; sagione, Petro Felicis; domnus Petrus Xrispini supradictus testis exaravit »

Dorso :

Alesón. Era 1277. Año 1239. Legajo 1.º n.º 15.

Carta sobre el pecho de la martiniega de Alesón.

Carta entre esta casa e la su villa de Alesón sobre la martiniega e otras cosas.

V-1.249

1.031-22

Cambio que hace el prior del monasterio de Santa María de Nájera don Guido, con el mismo monasterio; éste da a aquél tres collazos, que tenía en Torres que es Castilla la Vieja, y el prior dará lo que fuera menester para el horno del convento.

« In Dei nomine. Sepan todos los omnes que esta carta vidieren et oyeren como nos Conviendo de Sancta Maria de Nagera aviemos tres collazos e Torres que es Castilla vieia que nos valien de VIII^o fasta en X. morabitanos cada un anno de rrenta e por ruego que nos feço don Guido nuestro Sennor, prior de Sancta Maria de Nagera, nos Conviendo diemosli aquellos tres collazos sobredichos perpetualmientre pora el prioradgo de Santa Maria de Nagera porque viemos que eram mucho necessarios et a grand pro del prioradgo. Et yo don Guido prior de Nagera por esta donacion e por esta amor e por esta abenencia que con vos Conviendo de Sancta Maria de Nagera ovi, quito vos por mi et por todos los priores que son por venir em pos mi e por toda vos de la orden que vos conviendio sobredicho non soldadedes forneros que sean mester en el forno de Santa Maria de Nagera, nin brutiellos, nin pannos, nin rem que sea mester en el forno de Santa Maria de Nagera pora el pan façer, desta Sant Johann Baptistista en adelan que nos ficiemos el abenencia por siempre iamas perpetualmientre por los que son e por los que son de venir; esti pleito fiçi yo don Gui, prior de Nagera sobredicho por grandes menoscabos que prendia cada un anno el prior de Nagera, yo e los que fueron e los que serien por venir por los forneros que vos conviendio de Santa Maria cogiedes. Esto otorgo et confirmo yo don Gui, prior de Nagera por mi e por los que son por venir et por testimonia et por maior firmança meto en esta carta nuestro seello Desti fecho e desta abenencia que es fecha entre el prior de Nagera e el conviendio del mismo lugar son testes: don Bartholomeo et don Guiralt, alcaldes de Nagera; Don Domingo Pardo; Don Andres; Don Romep Perez; Don Juan de Billforado; Don Juan Gallego e otros muchos bonos omnes.

Facta carta Era M.^a CC.^a LXXX.^a VII.^a mense madio ».

Dorso :

Claustra y reforma. N.º 1. Era 1.287. Conveniencia donación y troque que hizo el convento con el Prior mayor en que le dieron tres collazos en Torres, que es Castilla Vieja porque el prior diese lo que fuese menester para el orno del Convento.

115)

11-VII-1.258

1.031-23

Don Gonzalo Pérez, prior del monasterio de Nájera, hace donación al abad Don Adán, prior de Santa María del Plano, y a los cofrades de Río de Leza del monasterio del mismo nombre, con sus tierras y viñas.

« In Dei nomine. Conosçuda cosa sea a todos los ommes que esta carta vieren et oyeren como nos don Gonçalvo Perez Prior de Santa Maria de Nagera con placer e con otorgamiento de todo el convento del mismo lugar, damos a vos don Adan, prior de Santa Maria del Plano de Leza e a todos los otros clérigos et confrades de rio de Leza que son agora et son por venir, el nuestro monesterio que dicen Santa Maria del Plano con terras et con vinnas et con todos aquellos derechos que a el pertenescen. Por tal pleito que vos que fagades cada dia cantar en esti monesterio missa de requiem toda la semana et el sabbato missa de Santa Maria et que mantengades las casas e que si alguna cossa y oviere de ffaçer, que la fagades de nuevo e que dedes cada un anno VIII. dias antes de Navidad XX. solidos de la moneda que corriere al prior de Santa Maria de Nagera o a su mandado et que recibades cadanno un dia con VI. ommes e con dos bestias e darli a comer e a beber a el e a su companna bien e cordamiente; e que non ayades poder de vender nin de empenar nin de enagenar ninguna cosa de todo el heredamiento que pertenesce a esti monesterio sobredicho e que non ayades poder de recibir en esta confradía a ningun caballero nin a duenna nin a escudero nin a clerigo nin a ningun omme de otro señorío fueras ende a los nuestros vasallos de rio de Leza; e el prior de Nagera que aia siempre visitación e correccion sobre el prior e los confrades desti monesterio sobredicho. Et el dia que los confrades se ayuntasen a comer en uno quel den doble ración al señor de Villoria. Et si esta confradria se desfiçiesse por mandado del Rey o de Santa Ecclessia o por flaqueça de los confrades o non fuessen tenudos los paramientos sobredichos, que finque el monesterio sobredicho con todas sus heredades e con todas sus pertinencias quanto y huviese sin mala voz de todo omme al prior e al convento de Santa Maria de Nagera cuyo es. E el prior o su mandado que entrase esti monesterio sobredicho por su autoridat. Et qualquier de la parte del prior et del convento de Santa Maria de Nagera o de parte de los confrades desta confradria sobredicha quisiera ir contra esta carta e non cumpliese quanto la carta manda, que peche a la otra partida, çient morabetinos en pena; e la carta que sea

firme e que vala catadelant todo el fecho assi como sobredicho es. Esta carta fue fecha en el mes de julio in die Translationis Sancti Benedicti. Era M.^a CC.^a LXXX.^a VI.^a. Desto son testes que lo vieron e lo oyeron: don Pedro de Vannares, prior de claustra; don Johan de Santa Colomba prior d'Azo et Sennor de Çironna e Johan Lopez sacristan; Don Garcia de Villalhozar, prior de Villaverde don Juffre almosnero; don Martin Garcez, sennor de Villoria; don Garci Ferrandez Sennor de Santa Colomba; don Martin Ferrandez, sennor de Soiuela; don Pedro de Cannas sennor de la coçina et de la ferme-ria; don Pascual sennor del vestuario e todo el convento. E de la familia Juan Gallego merino, fi de Pero portero; Hinbert coçinero; Segund et Pero de Sant Millan forneros et toda la familia; Don Garcia Macoa de Viana; Pero de Logronno fi de Remond Ibert Sancho Gil del Almosna [...] De Leza: Don Martin, clerigo, fi de Domingo merino; Don Diego de Sant Domingo, clerigo; don Johan Periz. De legis: don [...] alcaldes. Don Gil, merino del prior; don Martin Sanchez et por testimonia desti fecho et por magna fermedunne (*sic*) por ruego de don Adan, prior del monesterio sobredicho e de los confrades pongo en esta carta que los confrades tienen nuestro seyello et fiçemos ende dos cartas partidas por a. b. c. e porque esta carta sea más firme, yo don Gonzalvo, prior de Nájera sobredicho, por ruego de los confrades sobredichos mande poner en ella nuestro seyello ».

Al dorso:

Carta de Leza de la cofradía de Santa María del Plano. Era de 1.290. Año 1.258-11 de julio. Plano. Legajo único n.º 1.

*Arriendo y concierto que hizo el prior don Gonzalo Pérez con don Adám, prior del monesterio de Santa María del Plano en Leza, en que le dio dicha iglesia con todas sus heredades y pertenencias para él y los confrades con condición de que todos los días cantaram Missa de Requiem, y de que cada año le pagase 20 florines y un yantar, y otra al prior de Viloria. Es escritura notable, pues los señorios estaban divididos (*sic*) en los Monges y constan de ella otras cosas de consideración.*

(Continuará)